



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Commentaria Vetustissima & profundissima Super  
Canticvm Canticorvm Salomonis Qvod Hebraice Dicitvr  
Sirhasirim**

**Wolbero <de Sancto Pantaleone>**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Versvs II. Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quaeram  
quem diligit anima mea: quaeſiui illum & non inueni.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10027**

## CAP VT TERTIVM.

1. In lectulo meo per noctes quæsiui quæ  
diligit anima mea; quæsiui illum &  
non inueni.
2. Surgam & circuibo ciuitatem, per  
vicos & plateas queram quem dile-  
xit anima mea: quæsiui illum & no-  
n inueni.
3. Inuenierunt me vigiles qui custodiunt  
ciuitatem: num quem dilexit ani-  
ma mea vidistis?
4. Paululum cum pertransisset eos, in-  
ueni quem diligit anima mea: tenui  
eum: nec dimittam, donec introdu-  
cam illum in domum matris meæ,  
& in cubiculum genitricis meæ.
5. Adiuro vos filiae Ierusalem per capreas  
ceruosq; camporum, ne suscitetis ne-  
que euigilare faciat is dilectam donec  
ipsa velit.
6. Quæ est ista quæ ascendit per desertū  
sicut virgula sumi ex aromatibus  
myrræ & thuris, & vniuersi pulue-  
ris pigmentarijs?
7. En lectulum Salomonis sexaginta  
fortes ambiunt ex fortissimis Israel.
8. Omnes tenentes gladios, & ad bella  
doctissimi; vniuscuiusq; ensis super  
fæmur suum propter timores no-  
cturnos.
9. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de  
lignis libani-
10. Columnas eius fecit argenteas, re-  
clinatorium aureum, ascensum  
purpureum: media, charitate con-  
strauit, propter filias Ierusalem.
11. Egregimini & videte filiae Syon Re-

gem Salomonem in diademate, quo  
coronauit illum mater sua in die  
desponsationis illius, & in die lati-  
tie cordis eius.

## VERSUS I. TERTII

## CAPITIS.

In lectulo meo per noctes quæsiui  
quem diligit anima mea, quæsiui illum  
& non inueni.

**L**ectuli nomine requies & tran- Lectuli no-  
quillitas mentis designari po- mine requi-  
test, quia dum à sæculari strepitu, es mentis  
per cogitationem quiescimus, sub- designatur.  
tilius appetendi boni qualitatem &  
modum inuestigare possumus, cu-  
iis boni finem intelligere, Deum Quid sit in-  
est inuenire: finem autem dicimus,  
non quo desinat esse, sed quo per-  
fectè incipiat esse. In lectulo ergo suo  
dilecta dilectum querit, quando in re-  
quie mentis sue, bonitatis, & disciplinæ,  
& scientiæ rectam regulam  
intelligere cupit.

Sed per noctes querit, quia in subtî- Quid sit di-  
lium rerum consideratione mentis lectum per  
oculus caligat, ne statim perse quod noctes que-  
rere, & nom  
querit videre præualeat. Vnde dile- inuenire.  
ctum quem querit minimè inuenit, quia  
ipsa difficultas intelligendi quandâ  
efficit moram inueniendi.

## VERSUS II.

Surgam, & circuibo ciuitatem:  
per vicos & plateas queram quem diligit  
anima mea: quæsiui illum & non inueni.

P 3

Quid

## 118 In Canticum Cantorum Salomonis

Quid ergo agendum est? profectò vt ab illâ quiete mentis in quâ sola proprio sensu iacet, surgat ad studium requiendo etiam aliorum sensus, actiones, & cōscriptiones, vt quod per se intelligere non praevallet, ex illorum dictis & scriptis percipiat.

*Per ciuitatem & vicos dilectum quærere, quid sit.*

Hoc est enim ciuitatem circuire, & per vicos & plateas dilectum quærere, Ecclesiam percurrere & sanctorum Doctorum sententias perquirere, per latam & angustam gradientes inuestigare & si quâ in eis vestigia sanctitatis sint considerare, quia nonnunquam sacerdtales aliquid de bono opere habent quod sit imitandum, sicut & Sancti quod sit mirandum & etiam pro posse imitandum. *Vita lata & angusta qua sit.* Lata quippe via est sacerdtales, angusta Sanctorum, quia multi sunt qui per latam, pauci vero qui per angustam viam gradiuntur.

*Matth. 7.*

### VERSUS III.

Inuenient me vigiles qui custodiunt ciuitatem: num quem diligit anima mea vidisti?

*Quomodo dilectam ciuiteum vigiles inueniant.*

Circumeuntem autem ciuitatem & vicos & plateas, vigiles inueniunt, quia studiosæ menti Ecclesiæ documenta inuestiganti historiâ quoque quæ est via quasi lata, quia aperta & ad intelligendum facilis; allegoriam quoque quæ est quasi angusta via, quia subtilis & ad intelligendum difficilis, insipienti, & si

qua in eis fidei & operationi utilia ac necessaria sint perquimenti, sancti

Doctores sententijs suis & authori- *Sancti Do-  
stores cur  
vigiles di-  
cantur.*

tatibus occurunt, atque dilectum

quem quærebat intelligenti & imi- tari cupienti ostendunt. Vigiles

namque dicuntur, de quibus Do-

min' dicit in Euangilio, beati sexui illi

quos cum venerit Dominus, inuenierit vi-

gilantes. Sancti quippe Doctores in

corpore constituti vigilabant, &

adhuc vigilant doctrinâ & opera-

tione suæ & proximorum utilitati,

corpore vero exuti vigilant & vigi-

labunt scriptis & exemplis, in sui

quidem remunerationem, in pro-

ximorum autem salutem. Qui vide-

licet vigiles custodiunt ciuitatem,

*Quomodo  
vigiles id est  
Doctores  
ciuitatem  
custodiante*

quia sancti Doctores sanctam uni-

uersalem Ecclesiam testimoniorum

& exemplorum suorum rationibus

& autoritatibus confirmant &

protegunt, & sanctæ fidei hostibus

inexpugnabilem faciunt.

Tales ergo vigiles Dilecta cun-

dilecta in-

stabunda suscitatur dicens, num quæ terrogat vi-

dilexit anima mea vidisti? num inquit giles an vi-

derint dile-

ostendere & probare, Deum vos ita

dilexisse, ut sanè vitam vestram & do-

ctrinâ imitari dilectū sit inuenire?

### VERSUS IV.

Paululum cum pertransisset eos in- ueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Sed